





DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**DOMINIO JU**  
RISDICTIONIS  
MEDIATORUM  
**Von der Berichts Herrschaft/**

QUAM

SUB REGIMINE ACADEMICO  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**WILHELMI HENRICI**  
DUCIS SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, MONTIUM,  
ANGARIAE WESTPHALIAEQUE ET RELIQUA  
PRINCIPATUS ISACENSIS & PROVINCiarum AD ILLUM PERTINENTIUM  
HEREDIS

CONSENSU ILLISTRIS ORDINIS JURIDICI  
PRÆ SI DE  
**JOH. WILHELM. DIETMARO**  
JURIS UTRIUSQUE DOCTORE  
DOMINO PATRONO SUO ATQUE PRACEPTORE  
OMNI CULTU PROSE**QUENDO**  
PUBLICO ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT  
d. Jun. 1710. horis locoque consuetis  
AUTOR ET RESPONDENS  
**JOH. FRIEDR. KROMEYER, JEN.**  
JENAE, LITTERIS CHRISTOPHORI KREBSII.



SERENISSIMO PRIN-  
CIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
JOHANNI  
WILHELMO,  
DUCI SAXONIÆ,  
JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGA-  
RIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THU-  
RINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, PRINCIPI  
COMITI HENNEBERGII, COMITI MARCÆ,  
RAVENSBURGI, SAYNÆ ET WITT-  
GENSTEINII, DYNASTÆ RA-  
VENSTEINII,

DOMINO *meo clementissimo*

MISERENISSIME DUX,  
PRINCEPS CLEMEN-  
TISSIME!

I M I A S O I  
O M I N I W



*Ta fert, SERENISSIME  
PRINCEPS, conditio  
rerum publicarum,,  
ut omnes subditi de  
gestis atque neglectis teneantur  
Superiori reddere rationes. Ad  
easdem beatus parens meus, dum  
in*

*in vivis erat, de sacris largitio-  
nibus & rebus dominicis, prout  
clementissime demandatas habe-  
bat, sese profitebatur obstrictissi-  
mum. Quare SERENITATI V E-  
STRÆ & me, non quidem ad ali-  
cujus administrationis, sed stu-  
diorum rationes obligatum sentio.  
Verum calculum bene subducen-  
ti, ac reliqua contrabenti, ubira-  
tiocinia deficiant, facile consta-  
bit, nec ego diffiteor. Offero propte-  
rea SERENITATI VESTRÆ ipsi pla-  
gulas basce rationum de dominio  
jurisdictionis mediatorum con-  
scriptas humillime, atq; prostratus*

*gra-*

gratiam eorum, quæ deficiunt, de-  
fensionemq; contra rigorosos calcu-  
latores clementissimam exoro. E-  
go gratiam venerabor hanc ubiq;  
& ardentissima fundam vota,,  
quo Numen altissimum SERENI-  
TATEM VESTRAM, celsissimæ do-  
mus Saxonice decus ac pietatis  
exemplar eximium servet felicis-  
que regiminis annos jubeat esse  
Nestorios. Ita intimis sensibus  
vovet

## SERENITATIS VESTRÆ

*humillimus Servus*

J. F. KROMEYER, Jenens.



*Cum DEO.*

§. I.

**J**urisdictio vel in proprio exercetur territorio, vel in alieno, & quidem vel proprio, vel administratorio nomine. Si nomine administratorio, dicitur iurisdictio personalis, si vero proprio nomine exercetur, dicitur dominium jurisdictionis, sive iurisdictio patrimonialis, de qua nunc agendum, & præcipue, quæ mediatis, v. g. nobilibus Landsässis competit.

S. 2. Hæc est potestas publica juris dicendi iure proprio competens.

§. 3. Per jurisdictionem intelligunt jus judiciorum Dn. Hert. d. super. territ. §. 27. & quia jam à Seculo 13. regionum Domini quibusdam jurisdictionem in patrimonium sive dominium variis modis concesserunt, Dn. Hert. d. consult. leg. & jud. hinc dicatur patrimonialis, vel quasi patrimonialis, germanice die Gerichts-Herrschafft / & Dominus jurisdictionis sive Gerichts-Herr audit, qui eam in suo

A 2                              habet

(4) 20

habet patrimonio; dicitur etiam prædatoria, Bodin.  
*d. rep. l. 3. c. 3.* quia fere in Germania obtinet, ut ad-  
hereat castris & prædiis, v. Gail. 1. O. 62. n. 7.

§. 4. Differunt autem Gerichts-Herr & Erb-  
Herr/ hic enim est correlativum rustici, hominis pro-  
prii, liberti, ille vero subditi. Sed quia utriusque in  
concreto fere conueniunt, etiam promiscue usurpan-  
tur Klock. *Vol. 1. cons. 10. 732.* Schilter. *Exerc. 3 § 5. lit. d.*

§. 5. Antea dicta Gerichts - Herrschafft / pro  
re nata etiam Herrlichkeit dicitur. Ill. Dn. B. de Lyn-  
cker. *d. super. terr. p. 24. 68.*

§. 6. Conceditur Jurisdiction vel voluntate ex-  
pressa atque tacita, vel à judice. Expressè conceditur  
vel inter vivos, vel per ultimam voluntatem. Varie  
autem acquiritur inter vivos, principaliter & per con-  
sequentiā. Hoc casu, si simpliciter oppidum vel ca-  
strum sit concessum & concedens ibi Jurisdictionem  
habuit, distingvitur, aut huic castro, pago seu oppi-  
do concessio jurisdictione cohæret, id est, in ipso exer-  
ceri ita est solita, vt alii civitati seu oppido locus con-  
cessus non subsit, nec exinde per magistratus istius ci-  
vitatis jus ibi administrari soleat, sed immediate sub-  
ditus sit concedenti, & tunc jurisdictione una cum mero  
& mixto imperio (licet litterus dissentiat de Jurisdict.  
§. 23 & talem concessionem de simplici jurisdictione  
intelligat & lectorem remittat ad Richt. p. 3. dec. 109.)  
modo

(5)

modo hoc omnē castro adhēreat, Klock. *1. Conf.* 45.  
n. 2. tanquam accessorium, transfertur, imo etiam  
adjacens territorium, vt si locus concessus certum ter-  
ritorium annexum habet, quæ tamen omnia ita mo-  
derantur, nisi aliæ circumstantiæ, rei, personæ, pretii  
exiguitatis, strictam interpretationem suadeant, vel  
concedenti prohibitum sit, sine superioris consentu ju-  
risdictionem transferre, Rosenth. *de feud.* c. 5. concl.  
6. n. 1. 2. 3. 4. Sic Barones regni Neapolitani merum  
imperium in baronia concessa non consequuntur, nisi  
expresse concedatur. *Affl. ad 2. F. 51 pr.*

§. 7. Aut vero Castro vel oppido nulla juris-  
dictio cohæret, sed subest alii ciuitati, & per illius ma-  
gistratus, tanquam pertinens, iustitia expediri solet,  
(quamuis ea concedenti quoque subsit;) & tunc juris-  
dictio non præsumitur concessa, Rosenthal *c. 1. n. 5.*

§. 8. Principaliter variis ex titulis acquiritur, ut  
donationis, feudi, contractus alius, etiam per privile-  
gium. Sic in terris Saxonici jurisdictione confertur feu-  
datariis per modum donationis & investituræ, zu be-  
lehnter Gerichtsharkeit. Carpz. *qu. 119. n. 102.* &  
Molin. *in consuet. Parif.* §. 46. n. 3. & 4. p. 1. vult, in  
Gallia jurisdictiones omnes in feudum teneri, cuius  
fides penes autorem esto. Rosenth. *d. feud.* c. 12.  
concl. 14. n. 18.

§. 9. Per viam contractus fit, si v. g. conces-  
tur

22 (6) 11

tur pro anno censu, & tunc adheredes ejusdem generis & familie transire quidam volunt, Gail. lib. 2. O. 2. n. 16.

§. 10. Sive autem feudalii, sive alio contractu concedatur, verba concessionis probe sunt perspicienda, vbi quidem tutissimum est aperte loqui & omnem speciem jurisdictionis exprimere. Licet autem vel maxime omnis jurisdictionis sit concessa, ecclesiastica tamen comprehensa non est, ne tunc quidem, si formula, mit Geistlichen und Weltlichen Gerichten/ adhibita, sed jus patronatus tantum tributum censem alle-gati à Dn. Hornio in jur. feud. c. 7. n. 12. inf.

§. 11. Unde de investituræ: de superiore & inferiore jurisdictione, casibus exceptis, se Hals und Bauch betreffen/ intellectu queritur, & Carpz. lib. 1. R. 49. n. 20. juxta observantiam Saxoniæ delicta criminalia, pro quibus poena ultimi supplicii vel corporis afflictiva venit irroganda, excepta videri, & ita pronuntiatum esse tradit.

§. 12. Et qui jurisdictionem omnem acquisivit, si tamen die Schriftsäigkeit non simul concessa vel concessionis reservatum adjectum v. g. des Amts rechtmässige Besigkis abgezogen/ nihilominus ameliasius manet, Illust. Dn. de Lyncker dec. 90.

§. 13. Concessio hæc jurisdictionis quando tempore feudalii sit, exercitium eius in duas partes dividitur,  
    & una

22 (7) 28

& una sub nomine directi Domini manet penes impe-  
rantem, altera vero transit in investitum. Dn. Horo.  
*Ipra. feud. c. 7. §. 10.*

§. 14. Quæ per viam privilegii à principe con-  
ceditur, eam sine traditione transire statuit Jason in l.  
quoties n. s. & 10. C. d. R. V.

§. 15. Tacita voluntate acquiritur jurisdictio  
quando præscribitur. Hanc quæstionem esse profun-  
dam ait Bart. ad l. s. d. jurid. n. 9. Differunt au-  
tem consuetudo & præscriptio, consuetudo enim (1.) est  
jus disponens totius populi, sive majoris partis univer-  
saliter tacito consensu constitutum, præscriptio autem  
dicitur esse, jus ex consensu singulari sive unius etiam  
consensione introductum, Muscornius d. Jurid. n. 25.  
ex Bart. in l. 2. n. 11. C. quæ sit long. consu. (2.) in præ-  
scriptione aliquando requiritur titulus, non in con-  
suetudine, (3.) consuetudo potest tolli per principem,  
secus in præscriptione, (4.) præscriptio est modus ac-  
quirendi Domini, vel alterius juris in re, consuetudo  
autem est pars juris Civilis §. 3. d. J. N. G. C. (5.) ex  
illa nascitur jus privatum, ex hac jus publicum. (6.)  
illius obiectum non sunt nisi res, quæ in commercio  
& bonis, in hac jus adversarii non attenditur. Illud  
tamen utrique commune est, quod tacite fiat ipsisque  
factis, arg. l. 32. d. legib. & pr. Inst. de usuc.

§. 16. Quando nunc Gail. 1. O. 57. n. 14. alii-  
que

que statuunt consuetudine dari jurisdictionem, confundunt præscriptionem cum consuetudine, Andr. Knich. d. s. & reg. terr. jur. c. 3 n. 113. & seq. c. 5. n. 49. adeoque accurate loquendo nec hodie verum est, quod consuetudine acquiratur Jurisdictio, quamvis large sumto vocabulo consuetudo possit appellari præscriptio Hartm. Hart. L. 2. ob. 5. n. 1.

§. 17. Hinc facile solvitur quæstio, an privati omnisque jurisdictionis expertes longæva & inveterata consuetudine, saltem simplicem jurisdictionem (vid. Jason. ad L. imperium col. 9. n. 2. ff. d. Jurid.) acquirant? affirmatur enim, quia consuetudo sumitur pro præscriptione, quæ priuatis competit; hinc non obstat, quod consuetudinem inducere non possint, qui legis ferendæ potestatem & jurisdictionem nullam habent, neque opus est, ut cum aliis respondeamus, de ea consuetudine hoc esse accipendum, quæ regulariter hoc ex decem annorum spatio inducat, non vero quæ hominum memoriam excedat, quasi jus tanto temporis spatio quæsitus privilegii constituti vim ac potestatem habeat, juxta L. 1. §. fin. cum l. seq. pr. de aqu. pluv. arc. l. hoc iure §. ductus aquæ d. aqu. quot. & ast. l. super quibus d. §. præterea d. V. S.

§. 18. In præscriptione autem bonam fidem maxime requiri, interpretantur Dd. quando de decadentia vel vicennia præscriptione agitur, Petr. Gregor. Thol.

Thol. l. 47. Syntagm. c. 22. n. 30. eamque semper per  
jus can. etiam in longissimo tempore, licet tunc eam  
non teneamur probare ill. Stryck. de Jurisdic<sup>t</sup>. c. 2.  
n. 23. seqq.

§. 19. Quod titulum attinet aut contra domi-  
num aut contra b. f. postflorem præscribitur, illo ca<sup>su</sup>  
non opus est titulo arg. §. 41. d. R. D. scientia enim  
& patientia in rebus incorporalibus vicem traditionis  
obtinet, L. ult. d. serv. L. 1. inf. d. S. R. P. add. L. 2.  
C. d. serv. hoc vero ca<sup>su</sup> opus est titulo, non obstante  
L. 10. ff. si servit. vind. per quam dissentit Frantzk.  
Ex. 5. quest. 4. n. 3. 8. seqq. quippe quæ de postforio,  
non petitorio iudicio agit, neque ita scientiam &  
patientiam adversarii requirit Dn. Stryck. d. Jurisd. c. 2. n.  
33. seqq.

§. 20. De tempore etiam queritur, ubi alii im-  
memoriale, alii brevius requirunt, ill. Stryck. cit. l.  
ad jurisdictionem cum territorio acquirendam 10. an-  
nos, sine eo longissimum tempus requirit. Quod  
procedit si adverlus alium, quam superiorem præscri-  
bitur, contra principem enim immemoriali tempo-  
re est opus, Thoming. conf. 22. n. 68. seqq. id quod  
Covarruvias concedit si titulo careat præscripturus, se-  
cus solum 40. annos desiderat, arg. c. 1. de præscript.  
in 6. vbi titulus requiritur, si præscribenti sit jus com-  
mune contrarium vel contra eam præsumtio habeatur.

B

Quæ

( 18 )

Quæ verba non de quavis contrarietate vel præsumptione intelligit Covart. variar. ref. L. 1. c. 17. n. 7. sed de præsumptione cum facti resistentia, propter graves quasdam inconvenientias ex contrario securitas, veluti si intra alienam parochiam præscribantur decimæ.

§. 21. Quia vero cit. c. 1. d. prescript. in 6. de rebus ecclesiasticis loquitur, ingens dubium relinquitur, quid de rebus & juribus ad principem secularem pertinentibus dicendum sit? scilicet hæc sine titulo 40. annis forte præscribi poterunt! Moveret hoc dubium Engel. in coll. jur. Can. d. off. jud. n. 25. sed quia latiorem indaginem requirit, ad proprium titulum in Lib. 2. Decretalium remittit. Ast perlegenti dicta ejus ad allegatum titulum latior illa indago non appetat. Fachinæx, ad quem interim lectorem allegavit, lib. 8. contr. cap. 23. titulum non requirit ad præscriptionem quadragenariam, quia d. c. i. ad præscriptionem decimarum & rerum ecclesiasticarum pertinet, non igitur ad alias res longe diuersas ac profanas porrigidum censem, contra expressam juris civilis constitutionem, quæ spacio 40. annorum omnem præscriptionem tam privatam quam publicatum rerum includit l. omnes C. d. præscript. 30. l. 40. ann. Sed cum ratio dicti capitali sit generalis, & bona fides utique requiratur, quæ vix præsumitur sine titulo l. ult. C. unde vi, hinc merito relinquitur Fachinæi opinio.

§. 22.

§. 22. Ceterum Engelius c. l. subjicit, cum hodie usu praesertim Germaniae, merum imperium & jurisdictionio castris ipsis in haereat, & quasi pars illorum in quosvis possessores transiens censeatur, neque ut olim, singulari privilegio eligendo personae industria conferatur, (quas rationes non satis expressit, nec locum recte allegavit letterus d. Jurisd. §. ult.) se putare, jurisdictionem rebus illis principum accensenda, quæ sub speciem præscriptionis quadraginariae sine titulo peragendæ cadere possunt, id quod tamen ex antea tradita distinctione dijudicandum censemus.

§. 23. Præscriptio presupponit possessionem jurisdictionis, quæ acquiritur etiam per unum actum, (vid. tamen infr. §. 60.) qui non solet de gratia concedi, Abbas part. 1. conf. 61. ejus tamen qui possidet, scientia & patientia, ut alius constituatur in possessione vel totius vel partis necessaria est, nec sufficit solus usus, Pauermeister d. Jurisdicç. L. 1. c. 24. n. 12. an vero ex uno jurisdictionis actu possessio totius acquiratur? vid. Klock. v. 1. c. 8. n. 129. Et c. 9. n. 12. c. 10. n. 35. 151. sqq. Et nos infra dicto §. 60.

§. 24. Ultima voluntate, sive ea sit testamentum, legatum, sive alia species, jurisdictionem patrimoniale acquiri posse vix dubium esse potest, cum & alia jura & servitus, cui jurisdictione assimilatur, ita constituatur, jurisdictione enim est species quedam servitu-

(12.) 20

tis, Illustr. Dn. Baro de Lyncker. Dec. 662. nec jurisdi-  
ctio cum territorio confundenda Carpz. p. 3. dec. 226.  
n. 12. seqq. & n. 22. 23. & potest quandoque una vel  
altera tantum species acquiri, Dn. de Lyncker. dec. 597.  
& hinc a jurisdictionis parte una ad alteram inferre  
non licet, id. dec. 602. si seilicet alius sit in possessione  
Klock. i. conf. 29. n. 631.

§. 25. Hinc consequens est, quod & à judice  
in judiciis divisoris alicui constitui possit, cum enim  
servitus ita in alieno fundo constituatur, idem de ju-  
risdictione praedicare non tubitamus.

§. 26. Cum vero omnis res libera in pristina  
naturali sua libertate constituisse & mansisse presumatur,  
donec contrarium probetur & hinc etiam res non feu-  
dal is sed allodialis presumatur, feudum enim est ser-  
vitus quedam Rosenth. d. feud. c. i. concl. 7. n. 5. ut  
adeo & oppidum, castrum, comitatus, ducatus, mar-  
chionatus, potius censeatur allodialis & jure proprio  
possideri, quam feudal is esse, licet talis regalis digni-  
tas in regno, ducatu, aut imperio alieno sita sit, ita ut  
rex, dux, aut imperator superioritatem in illa habeat,  
Rosenth. d. feud. c. 12. concl. 14. n. 15. & licet regalia  
ipsa feudum imperii possint, Perill. Dn. B. d. Lyn-  
cker. de super. terr. p. 46. hinc etiam jurisdictione po-  
tius allodialis censemur.

§. 27: Si in feudum conceditur jurisdictione, me-  
rum

rum aut mixtum imperium aliqui putant feudum nobile, & Rosenth. d. *feud. c. 2. concl. 2. n. 9.* credit, mentem c. i. quis dicatur dux, comes &c. illam vix fuisse ut ipsa feuda nobilitent, addic tamen: nisi sint feuda jurisdictionis. Sed quicquid horum sit in Germania vix nobilis habetur, nisi qui ab imperatore hoc obtinuit, vel genere, vel consuetudine acquisivit. Röenthal. cit. loc.

§. 28. Nec de substantia jurisdictionis ordinariæ est territorium habere, Bald. in L. 1. §. initio col. 1. d. off. prefact. potest namque esse jurisdiction sine territorio & rursus territorium sine jurisdictione Bart. in d. l. 1. n. 15. Jason ibid. n. 2. cum seq. de jurisdict. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. s. n. 44. & sic feudi Dominus, quantumcunque vilis, etiam rusticus, super rebus, quæ ab ipso in feudum recognoscuntur, jurisdictionem dicitur habere ordinariam, cap. imperialem s. vet. d. probib. feud. alien. per Frid. Schrader de feud. p. 10. sect. 7. n. 14. qui tamen territorium non habet sed remanet hoc una cum juribus territorialibus penes superiorem.

§. 29. Hoc etiam admittitur quod in uno eodemque loco, alias pœnas & multas sententia judicis impositas, alias vero ipsam jurisdictionem habere possit, prout probat Antonius Natta *conf. 636. incip. multa*

ad (14) 20

ta sunt n. 128. seq. adeoque aliud sunt fructus jurisdictionis, aliud ipsa jurisdiction arg. l. si usus fructus 66.  
§. fin. de jure dot. l. 8. §. fin. d. peric. & commod. rei vend.

§. 30. Alius intra pagum & alius extra illum, auf denen Feldern jurisdictionem habere potest, quo casu forum domicilii intra pagum non est generale, nec actiones reales, quarum objectum extra septa positum est, ibi moveri possunt, Perill, Dn. B. de Lynck, dec. 146, add. Dec. 59.

§. 31. Licet autem jurisdiction in plures dispersa vilescat, quod plures rem expediant segnius c. s. d. concess. prab. quod si tamen plures in jurisdictionis quasi possessione communi existant, locus ejus administrandæ in dubio ille est wohin die Unterthanen gehörig / wohin sie gehuldiget / wo die Actus antiquiores jurisdictionis gepflogen ill. Dn. de Lynck, dec. 536.

§. 32. Illud maxime controversum est, utrum jurisdiction ab alluvionis incremento extensorum augmentum capiat? sive ut Myler. metrol. c. 14. §. 14. quæstionem format, An alluvio mutet jurisdictionalia? sive ut Fritsch. ad Lib. 2. cap. 6. Aymi de alluv. clarius loqui amat: Si fluminis terminalis mutatio pedetentim per incrementum latens seu alluvionem contingat an exinde mutatio, incrementum & extensio territorii & jurisdictionis.

(15)

ditionis eveniat? Propter fructus jurisdictionales hæc  
quæstio sèpius oritur. Ticinenses Jcti referente Aymo  
c. l n. 3. seqq. affirmarunt, (1.) quia illud juris, quod est de  
principalí, idem pariter est de augmento & accessorio l.  
si convenerit §. si nuda ff. d. pign. act. l. si fundus ff. d.  
pignor. ubi fundo oppignorato, si alluvione angeatur jus  
pignoris ad incrementum extenditur (2.) quia unitorum  
unita & eadem, separatorum vero separata & diversa  
debet esse natura, arg. l. item si fundi §. huic vicinus ff. d.  
usu fructu ubi jus ulius fructus per alluvionis incremen-  
tum ceu latens & unitum augeri dicitur, secus per insu-  
larum incrementum, uti separatum. Et frustra Jason  
lib. 2. consil. 146. excepit, quod jurisdiction possit esse si-  
ne territorio, quia non hoc sed aliud est in quæstione, in  
qua supponitur territorium jurisdictione munitum, cu-  
jus incrementum modum dat accessoriis. (3.) quia à Do-  
minio ad jurisdictionem arguere solent arg. l. qui face-  
re ff. de statu hom. ibique DD. nunc vero certum per al-  
luvionem non solum augeri dominium sive prædium,  
sed jus quoque prædio cohærens, ut servitus, nam & (4.)  
licitum est arguere à servitute ad jurisdictionem. Equi-  
dem diversitatis rationem discentientes hanc esse ajunt,  
quod dominium & servitus sint res privati juris, jurisdi-  
ctio autem absolute & proprie loquendo sit publici ju-  
ris; Ast cum de jurisdictione, quatenus in dominio est,  
quæstio sit, parum proderit hæc exceptio.

§. 33.



§. 33. Quæstionem vero negarunt Bartolus & Doctores communiter per I. Martius ff. d. acqu. rer. dom. ubi id quod publicum est, nemini per alluvionem accedit, & quia de via publica hoc dicitur, hinc idem de jurisdictione, tanquam potestate publica dicendum censerent. Rationem hujus legis etiam afferunt hanc, quia uti publica non sunt in commercio, ideo ab uno ad alium transferri nequeunt. Verum nec ratio nostram quæstionem stringit, quia in dominio jurisdictionem esse supponitur, nec lex ipsa, quippe quæ agit de re extra commercium. Porro negantes urgent I. in agris ff. d. A. R. D. ubi in limitatis agris jus alluvionis non obtinet, hujus modi autem sunt jurisdictiones, quæ proprios fines limitatos habent, quod argumentum etiam Dn. Fritschio placuit in not. ad Aym. L. 2. c. 6. de alluv. Sed hoc argumentum satis leue esse, inde patet, quia, cur in limitatis agris jus alluvionis locum non habuerit, plane peculiaris ratio fuit, nam antiquitus quinque conditiones agrorum erant, alii occupatorii seu arcifinales, alii mensura per extremitates comprehensi, alii diuisi & assignati, alii quæstorii, alii vectigales seu publici; Ex his limitati erant qui in centurias per limites diuisi, sive fuerint assignati, sive quæstori, sive publici, sive etiam veteribus possessioribus rediti, qualibet enim horum agrorum conditio limites

acci-

(17) 36

accipere consuevit. Hi agri limitati sicuti ex alluvione neque decrementum, quia ex publico erat resarcendum, ita neque incrementum habebant, rationem hujus juris hanc reddit Aymus *d. alluv. lib. 1. c. 17. n. 41.* ut sciretur in perpetuum, quid cuique datum esset, quid venisset, & quod in publico relictum esset, neque ex alluvione formarum exactæ descriptionis, fides incerta & inconstans oreretur, ad quas tamen, cum de modo quæstio fieret, uti ad monumenta publica, relatio certissima haberri consueverat, ut videre est ex *L. de modo L. irruptione & L. in finalibus ff. Fin. reg.* Cum nunc hodie limitati agri, uti apud Romanos fuerunt, ab aula recesserint, decisio *L. 16. d. A. R. D.* non in ipsis fundis locum habet Gryph. *d. insul. c. 27. n. 52.* multo minus in accessoriis.

§. 34. Aliud dicendum in illis agris, & con sequenter in jurisdictione, qui non ad flumen usque pertingunt, seu inter quos & flumen aliquod spatium, publici forte juris intercedit, ubi alluvionis jus non obtinet. *Grot. d. j. b. p. L. 2. c. 8. §. 12. n. 1. in f. & pr. seq. n. 2.*

§. 35. Cumque ipse Dn. Fritsch. *ad Aym. L. 1. c. 17. inf.* circa agros alluvionem admittat, qui nostris temporibus à civitate vel domino in feudum vel alio modo concessi, & certis terminis circumscripti sunt, valde miramur cur in not. *ad L. 2. c. 6. inf.* quæstionem, de augmento jurisdictionis imperiali decisione dignis-

C

si

33 (18) 30

simam judicaverit, aut interim communis opinionis, quae negat incrementum jurisdictionis ex alluvione, calculum adiecerit, certe rationes, quae eum mouerunt tantum non sunt, fac enim, quod presumendum non sit, populum Romanum voluisse legem alluvionis etiam ad fines publicos extendere, nondum tamen demonstratum, jus alluvionis: tantum juris civilis esse, sane imperator §. 20. d. R. D. inter jura gentium illud refert, & quamvis Pufendorf. de J. N. G. L. 4. c. 7. §. ii. hoc non agnoscat, id tamen, quod inter omnes fere gentes obtinet, utique juris gentium dici potest arg. §. i. d. his qui sui l. alien. jur. Altera ratio B. Dn. Fritschii est, quod expressa lege haec controversia decisa non sit, sed ea opus non esse ex rationibus pro nostra opinione allatis constabit, nisi velis & tunc pro extensione servitutis specialem legem exigere, vbi fundus alluvione est actus.

§. 36. Aliud in corementum est, si quis habeat iurisdictionem limitatam, puta ad 100. aureos & res petita valoris centum tempore petitionis fuerit, sed lite pendente ejus valor creuerit, item si actio propter inscriptionem crescat; & concludunt, quod incrementum hoc non excludat jurisdictionem, cum principium, non incrementum respiciatur, & quod aliud sit, si incrementum etiam a principio in petitione comprehendatur, ut in actionibus hereditanis, in quibus judicis officium potest excedere id, quod petitum est, Mynsing. Cent. 3. O. 100.

§. 37.

48 (19) 50

§. 37. Adhuc diversum incrementum est, si noui  
incolæ vel oppidi augmentum accedunt, vbi queritur,  
an in hos jurisdictione antea concessa exerceri possit? de  
quo vide Covarr. præst. quest. c. 2.

§. 38. Cui jurisdictione acquiratur non adeo con-  
stat, priuatum ex sua persona ( aliud ergo si jurisdictione  
competat loco, & locus una cum universitate transfe-  
ratur, Bartol. in consil. 289. n. 8. vers. tertia an jurisdictione  
possit diuidi. Pacianus L. 2. d. prob. n. 43.) incapacem  
esse jurisdictionis notat Lucas de Penna in L. viros C. d.  
div. off. lib. 12. vbi tradit priuatum non habentem juris-  
dictionem, aduersus habentem non præscribere : cum  
ex tali præscriptione nervus publicæ disciplinae rumpa-  
retur c. per venit 10. quest. 1. c. cum inter. d. confvet. at qui  
habet jurisdictionem aliquam seu imperium potest ad-  
uersus alium habentem præscribere arg. c. cum clim.  
c. auditis c. audientium d. præscript. Petr. Gregor. lib.  
47. Syntagma. c. 22. n. 27. & lib. 25. c. 11. n. 7. Alii vero  
notant priuatos, omnisque iurisdictionis ex pertes lon-  
gæua & inveterata consuetudine simplicem sibi jurisdi-  
ctionem acquirere. Panorm. in c. cum contingat n. 5. &  
15. vers. & intellige, d. for. comp. Jason. in L. imperium, col.  
9. n. 20. d. Jurisd. led de hac re supra est actum.

§. 39. Quicquid autem sit de jure ciu. & can. quo æta-  
tis anno quis possit judex dari, expeditum sane est, si iure  
hereditario vel feudaliter competit iurisdictione cohærens

38 (20) 38

bonis (quod quando fiat, & quibus prædiis adhærere censeatur, vid. *Mev. p. 2. dec. 314.*) eam etiam in pupillum & alios utcunque natura prohibitos transire, sed per tutores, curatores vel administratores exerceri, Schrader. *d. feud. p. 10. sebt. 4. n. 54.*

§. 40. Olim foeminae non erant capaces jurisdictionis feudi, *v. jus feud. Alem. c. iii.* secus ac hodie, etiam si non sint principes aut illustres personæ, quia non per se administrant jurisdictionem sed per ministros. Qua de re vid. *Carol. V. Conf. Crim. Art. 1.*

§. 41. Jus patronatus autem vel protectionis, vel advocatiae nullam patrono seu protectori vel advocate in clientes suos tribuit jurisdictionem, Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit / & ideo Clientes Schirms Verwandten/ non efficiuntur subditi, licet se alterius protectioni submittant, Gail. *O. 54. n. 1.* hinc & elector Saxonius in episcopatus Martisburgensem, Numburgensem, & Misnensem non suo sed Episcopi nomine jurisdictionem habet Carpz. *process. T. 2. a. 2. n. 12.* sicut & ille populus dicitur liber, qui sub alterius clientela & patrocinio est, Arnif. *d. jur. Maj. L. 1. c. 4. n. 8.* *inf. & sq.* Dan. Otto *d. majest. imperii c. 2. §. 11.* Propterea Joh. Gemmelius, Cancellarius olim Hennenbergicus in *compendio juris feud. p. m. III.* scribit: Advocatio Vogtey secundum consuetudinem patriæ non est jurisdictionis, ut prætura, sed defensionis, quam habet prin-

38 (21) 36

princeps meus Hennenbergensis super monasterio  
Braittingen.

§. 42. Conceditur jurisdictio plerumque in inferiores, hinc, quod unus ex dominis alterum in loco communis delinquentem punire possit, id per se valde absonum censet Heig. p. 2. q. 25. n. 24. & à Dd. communiter improbat, cum par in parem imperium non habeat l. 3. d. recept. arb. ubi Costal. Dissentit Illustr. Dn. B. de Lycker. dec. 393. quoad centenam, quippe quæ de consuetudine Germaniæ, contra immediatos in causa homicidii, incendii, stupri violenti & furti, locum habet, per Imperatoris Rudolphi confirmationem privilegiorum Nobilitatis Franconiæ apud Limn. L. 6. jur. publ. c. 3. n. 54. Item limitat illustr. Dn. de Lyncker. c. l. regulam, quod par in parem non habeat imperium, quod non procedat, si delinquens contra alium, quam condonatum deliquerit.

§. 43. Multo minus ergo contra superiorem poterit jurisdictio exerceri; quid vero de officialibus delinquentibus dicendum? possunt quidem apprehendi, sed non aliis judex, quam superior, ad quem transmittendi sunt, in illos animadvertere potest arg. L. 2. C. d. off. mag. mil. Heig. p. 2. qu. 25. n. 19. quia princeps in officiales suos, uti nec in seipsum intelligidebet ne quicquam alteri permisisse, nunquam enim potestatem adeo large concessisse videtur, ut non majorem penes se

508 (22) 80

retinuerit, multo minus itaque ipsius & familiarum eius personæ sub iurisdictione alteri concessa comprehendentur.

§. 44. Vnde non obstat, quod iurisdictio censeatur priuative concessa, quia contra dominum ipsum & ministeriales hoc non esse torquendum, nam priuilegio domini, quoad forum, etiam famuli fruuntur. Ad obiectiōnēm vero, quod quis ratione loci delicti, forum sortiatur, responderetur, eam tunc locum habere, quando quis ratione loci ab alterius judicis iurisdictione est exemptus, non vero si ratione personæ quis eximitur, nec quando priuilegium exemptionis in corpore juris inclusum, vel communī jure est comprehensum, nec vbi priuilegium aliquem eximit certa specie iurisdictionis; Covarr. prabz. quest. c. II. n. 5. hinc nec clero nec militi delinquenti fori priuilegium minuitur, Covarr. c. I.

§. 45. Inde nascitur etiam responsio ad Avth. Qua in provincia C. vbi de crim. agi opot. vbi in provincia delinquens, illic juri subjacere, & hoc jus perpetuum esse, & omne priuilegium cessare dicitur, quod (sicilicet lex intelligi debeat priuilegiis ab hominibus concessis non de iis, quæ clausa sunt in corpore juris, qualia sunt quæ domesticis principis & curialibus competunt Castr. in L. 1. C. in quib. caus. mil. for. presc. Si enim domino competit exemptio, etiam ad ministros & fundum, sine quibus exemptus esse non potest extendenda est. Hanc in rem producunt

48 (23) 80

ducunti L. hujus 6. ff. Qui pot. in pign. ibi sine quibus navis  
salva peruenire non poterat. L. administrantes 41. §. 1. ff. d.  
excus. tut. Gail. d. pac. publ. l. 1. c. 6. n. 21.

§. 46. Interim Joh. Faber in breviar. in Cod. ad L. quod  
promulgatis 2. d. off. pref. vrb. hanc doctrinam restringit &  
verum esse ait, si officiales in officio delinquent. Et forte  
huc collimauit Autor Resp. Cam. Resp. 44. n. 5 putans, quod  
tunc quidem ciuitas in officialese eiusmodi sua iurisdictione  
vti posit, quando is in propriis suis negotiis in vrbē  
versetur. Quæ tamen distinctio non probatur Itter, d.  
Id. §. 23.

§. 47. Quod patri in liberos competit jurisdictione  
colligunt ex L. qui jurisdictione 10. ff. d. jurisdictione. frustra  
enim quereret ICtus, an pater possit liberis jus dicere si  
non haberet jurisdictionem. Sed Mod. Pistor. p. 4. q. 161.  
distinguit inter magistratum alicujus ciuitatis v. g. præ-  
torem, cuius liberi, perinde ut ciues & incolæ alii, juris-  
dictioni illius officii, quod gerit, subiecti sunt, & inter no-  
bilem, qui habet jurisdictionem patrimonialem, cuius  
jurisdictioni potest filii subiecti habent sunt, quia ipsi in  
dignitate sunt pares atque futuri successores, & proinde  
quodammodo domini, at par imparem non habet im-  
perium; Et hoc quidem quoad causas ciuiles, nam quo-  
ad criminales liberos indifferenter jurisdictioni paren-  
tum subesse statuit Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pi-  
stor. d. qv. 169. n. 6. quia propter delictum dignitatis  
privilegium amittitur, ut quæ & ipsa maleficio perditur

L.



108 (24) 20

L. cuicunque i. C. ubi senat. vel clariss. licet Iter. d. juris d § 18.  
solum deprehensionem patri permittat, quod paritas  
dignitatis ipso jure ante sententiam per crimen non a-  
mittatur. Verum ratio Schultesii non est amissio pari-  
tatis dignitatis, sed privilegii dignitatis, ob quam etiam  
rationem, superioris consensu, torturam admittunt.  
De marito & tutori, quatenus in correlata exerceant  
jurisdictionem, tractat Pistor. c. l.

S. 48. Quoad actus voluntarie jurisdictionis in  
causa quoque propria quem iudicem esse posse vix du-  
biu[m] est, Carpz. L. 4. R. 31 n. 14. nec semper relaxatio  
juramenti quoad scabinos necessaria est, Ill. Dn. B. de  
Lynck. dec. 1466. Ceterum potest dominus jurisdi-  
ctionis coram suo indicio causam propriam cognitioni  
subjicere in contentiosis id. dec. 447.

S. 49. Concessa autem jurisdictione in civitate,  
concessa etiam in suburbis censetur, Menoch. lib. 1. arb.  
qu. 99. n. 22. modo tenor concessionis non refragetur.

S. 50. Neque prætereundum, quod licet alicui  
competat jurisdictione superior, & in causis criminalibus  
reum delinquentem citare vel etiam capere possit, se-  
cūs tamen esse in citatione ad custodiā maleficorum  
in carcere detentorum, ad quam inferioris judicis con-  
sensus requiritur, quia est actus jurisdictionis inferioris,  
qua[rum] violatur absque impetratiōne consensus, Carpz.  
l. 1. R. 50.

§. 151.

88 (25) 88

§. 57. De modo concessa jurisdictionis etiam quæ-  
runt & quoad jus commune eo collimant, ut eadem po-  
testas & iurisdictio Domino superiori adversus homi-  
nes sui Vasalli, etiam deinceps, & sic cumulative compe-  
tat, juxta regulam: si vinco vincentem te, multo magis  
te vinco Coler. proc. exec. p. 2. c. 1. n. 149. quorum alle-  
gant Landrecht l. 1. art. 58. §. Wann der Graff & l. 3.  
art. 60. vers. in welche Stadt / art. 29. & 52. vbi ha-  
bet: in welches Land der Kayser kommt / da ist ihm  
das Gericht daselbst ledig/ daß er alle Klagen richten  
mag/ die vor ihr kommen. Sed hoc in temporali, non  
vero in concessione jurisdictionis in perpetuum, v. g. ti-  
tulo feudi, procedere autumant, quia feudum est instar  
vlsfructus, at proprietarius non potest vlsfructus etuarium  
impedire, quo minus vtatur fruatur prædio vlsfructua-  
rio, Coler process. Exec. p. 2. C. 1. n. 162. seqq. item si titulo  
donationis s. alie f. d. don. vel alio oneroso aut contra-  
etius concessa, vid. Berlich. p. 1. concl. 2. vbi 19. modos re-  
tulit, ad quos & præscriptio pertinet Fachin. L. 8. con-  
trov. 23. Coler. c. l. n. 158.

§. 52. Hinc inferre licet, haut fas esse superiori, sub-  
ditos inferioris, eo irrequisito ad tribunal euocare, sed ob-  
seruantia variat v. Carpz p. 3. d. 208 n. 6. & p. 1. c. 16. d. 29.  
n. 10. atque de more aulicorum qu. crim. 109. n. 104.

§. 53. Vnde & mandata superioris per inferiorem  
sunt affigenda & publicanda, licet enim mandata su-  
perioris non minus obstringant subditos subditorum

D

&



¶ (26) ¶

& Vasallorum quam hos ipsos, non tamen perinde est  
eorundem executio, si alteri priuatue concessa est iuris-  
dictio, Mev. p. 2. dec. 306. Brunnem. Conf. 27. n. 18.

§. 54. Quando autem iurisdictio priuatue conce-  
ditur semper reseruata censetur superioritas, hinc in ca-  
su denegatae vel protractae justitiae, vel si suspecti move-  
atur quæstio, superior causas ad se avocare potest,  
Knich. d. invest. paci. p. 2. c. 1 n. 24.

§. 55. Sicuti autem actor in rebus corporalibus ,  
quod assuerat probare tenetur, ita & actione confessio-  
ria vindicans iurisdictionem intentionem suam proberet,  
quod plene sit ex libris ecclesiarum antiquis, literis mo-  
nachorum, & registris monasterii, libris missaricis, Mess-  
Büchern/ matriculis, quæ nostro tempore in confis-  
toriis reperiuntur ac in visitationibus collectæ & approba-  
tæ sunt, quibus ob autoritatem superioris plena fides tri-  
buitur ; item ex libris ciuitatum conscriptis, ab eo, qui ad  
id fuit deputatus, ex notorietate de antiquo iurisdictio-  
nis exercitio, aliqui etiam existimant, iurisdictionem anti-  
quam sufficienter probari per solam famam & com-  
munem opinionem, quia in antiquis fama plene pro-  
bat, accedentibus prælertim testibus latenter de auditu  
Carpz. l. 1. R 78.

§. 56. Testes autem, per quos iurisdictio proba-  
tur, licet sint singulares, tamen probant ; est enim singu-  
laritas secundum quosdam triplex, obstatua, diuersifi-  
catua, & cumulatiua seu adminiculatiua , ultima est ,  
quan-

• 28 (27) 30 •

quando testes quidem deponunt de diuersis factis, sed  
ad idem, quod probandum erat, tendentibus B. Dn.  
Struv. Ex. 28. §. 48 Vnde si in seruitute venandi unus  
testis deponat de uno actu, alius de alio, licet singulares  
sint, tamen probant, idem in materia decimarum, si u-  
nus deponat de tritico, alius de hordeo, nam ad proban-  
dum unum integrale, sufficit probare ejus partes per te-  
stes singulares, qui respectu ejusdem finis concordant  
& sic non dicuntur singulares, *per l. qui sententiam C. d. p. an.*  
*ibi : in unum conspirantes concordantesque rei finem,* atque  
haec adjurisdictionem applicat Gail. L. 2. O. 66. n. 11 seqq.

S. 57. Sic etiam libri censuiales Zins oder Rechen-  
Bücher in quibus municipiorum anni redditus consig-  
nantur, si producuntur una cum solutione specifica cen-  
sus, plene probant, locum seu hominem solventem cen-  
sum esse de territorio & sub jurisdictione producentis,  
si sine Specificatione solutionis producuntur, etsi plene  
non probent subiectionem, magnam tamen ingerunt  
pro producente presumptionem constituuntque ipsum  
in quasi possessionem, Zahn. Jcbnogr. munic. C. 58 n. 12. 13.

S. 58. Pignorations quoque jurisdictionem (&  
quidem obligandi, venandi, pascendi usum forestalem)  
sed non etiam territorium inferunt illi. Dn. B. de Lynch.  
*de sup. terr. p. 74.* Præsumtive iurisdictionis arguitur ex di-  
strictu, Menoch. 3. præsumt. 100. circumlepta ex perceptio-  
ne gallinae iurisdictionalis, daß er das Rauchhun zu-

D 2 for-

(28) 80

forderit berichtiget Dn. Stryck. d. J.d. circumf. c. 4. n. §.  
seqq. non etiam ex iure patronatus, ut antea dictum.

§. 59. In specie criminalis iurisdictionis possessio  
præsumitur ex possessione prædii, vbi ea fundorum per-  
tinentia est effecta, & Vassalli de jurisdictione omnimo-  
da investiuntur, ideo investituram feudi sequitur iurisdi-  
ctio, tanquam isti ex consuetudine adhærens, qualis con-  
suetudo est in Pomerania, vbi nobiles omnes cum iuris-  
dictione & mero imperio investiuntur, & sola feudi pos-  
sessio iurisdictionis possessionem arguit, Mev. p.1. dec.45.  
n. 2. vbi ergo talis consuetudo deficit, ut in Ducatu Bre-  
mensi, sequitur jus commune, id. c. l.hinc & possessor  
criminalis iurisdictionis defenditur, et si titulo careat, si  
possessio ex moribus est, id. p. 4. d. 292.

§. 60. Hæc ita se habent si de tota iurisdictione vel  
certa ejus specie dubium occurrit, quod si vero de juris-  
dictione loci vicini contenditur, tunc in dubio ejus esse  
præsumitur, cui locus, de cuius iurisdictione quæstio est,  
propinquior, arg. l. adeo 7. §. insula 3. ff. d. acqu. rer. dom.  
§. 22. J. d. R. D. adjacentia enim ejusdem juris esse cen-  
tentur, cujus sunt ea, quibus adjacere conspicuntur L.  
cum qui ades 23. ff. d. usurp. & usuc. L. jam hoc iure 4. ff. d.  
vulg. Es pap. subst. Menoch. l. 3. præsumit. 100.

§. 61. Quasi possessio iurisdictionis probatur mul-  
tis modis v. g. 1) per instrumentum jurata fideliti-  
atis, 2) per instrumentum liberationis à fidelitate, 3) per  
præ-

48 (29) 10

præstationem onerum, 4) per exactionem gabellarum,  
5) per famam antiquam, 6) per actus iurisdictionales,  
v. g. capturam delinquentium, erectionum furcarum,  
vid. Menoch. *de retinend possess.* item per concessam ci-  
tatis veniendi securitatem, sicher Geleit zu recht /  
vor unrechter Gewalt / ordinationem iudicii cri-  
minalis, electionem der Richter und Schöp-  
pen / decretas torturæ quæstiones, pronuncia-  
tas in causa criminali sententias & executiones factas  
Wensenb. p. 2. conf. 95. n. 25. huc addunt alii nominatio-  
nem, instrumenata locationum, venditionum & similia,  
nam & carcer est argumentum meri imperii, L. 2. ff. d. in  
jus voc. sed an episcopus vnius castri possessione appre-  
hensa, ceterorum ecclesiæ bonorum omnium possessio-  
nem, & præsertim iurisdictionis adipiscatur, accurate dis-  
quirit Zaf. l. 2. sing. resp. cap. 31. scilicet quamvis castro ap-  
prehenso, villa, oppida, agri, fundi, & alia corporalia  
subiecta apprehendantur, cum castrum sit quiddam v-  
niuersale corporale, quo apprehenso & partes appre-  
hensæ videntur, jurisdictionis tamen possessio nondum  
est apprehensa (vid. supra §.) nisi unus jurisdictionis a-  
ctus exerceatur, valente eo, qui castrum vendidit. Quod  
si vero à nullius manu sed per successionem prædecesso-  
ris devoluatur jurisdiction, tunc possessio jurisdictionis  
videtur vacans, & sic, ex regula, ad instar corporalium  
necessaria esset singulorum actuum, in quibus consistit

D 3                      iuris-

33 (30) 30

jurisdictio, apprehensio. Hoc est verum, si unus actus exercitus sit particularis, ut si ob delictum poena imponatur, quia licet iurisdictio sit una, & quidam vniuersum intellectuale, tamen constat ex diuisis & separatis actibus, ex quorum uno non potest inferri ad alium, quia ut vulgo dicitur, ex separatis nihil infertur. Aliud vero est si actus sit vniuersalis, ut si quis curat jura re omnes subditos obedientiam, tunc quia nexus obedientiarum complectitur omnes actus iurisdictionis, ex consequentia est in quasi possessione iurisdictionis.

§. 62. Cum nunc iurisdictione in dominium est concessa & ubi opus, probata, multos & varios effectus, ut dominium ipsum, habet, potiores & non quidem certo ordine dispositos sed, propter obvenerunt, enarrabimus, scilicet à subditis juramentum subiectionis sive homagium exigitur, quod est varium, Schilt. *Inst. Jur. publ. L. I. t. 9.* §. 10 hoc loco est solius iurisdictionis, & magis præstatutum ciuilem iurisdictionem habendi, Rosenth. *d. feud. c. 6. concl. 85 n. 9. 10.* Erbhuldigung autem ad Erbherrum se refert, & ad quasdam præstationes patrimoniales respicit. Ill. Dn. B. de Lynck. *d. sup. terr. p. 71.* Dominus iurisdictionis insignia portis & similibus affigere potest, & quidem potius ciuilis quam criminalis iurisdictionis Dominus, Illust. Dn. Stryck. *V. M. tit. Fin. reg. §. 3.* quoniam criminalis iurisdictione neminem domino meriti impetrifuerit, nisi cum peccauerit, Maul. *tit. 1. d. homag. n. 17.* No-

(31) 80

Nobilibus mediatis & ciuitatibus provincialibus regalia  
competere dicit Sixtinus 1. d reg c 14 n. 77. quæ Ill. Dn. B.  
d. Lynck. d. supr. terr. p. 23. per privilegia & iura eximia, ut  
venandi, accisiarum, statuta condendi & plura alia expli-  
cat & ita Sixtinum tolerat.

§. 63. Plures dantur sequelæ species, als Landfolge  
quæ latior est, Heers folge/ Gerichts- Jagts folge/ &  
vbi simpliciter cuiquam die folge/ deberi reperitur, ibi  
duntaxat auf die Gerichts Folge concludi potest, Ill.  
Dn. de Lynck, d. Super. Terr. p. 77 & hæc debetur domi-  
no jurisdictionis. Quamuis etiam ille regulariter non de-  
beatur custodia nocturna vel diurna castrorum, excipi-  
tur tamen si legitima constitutidine hoc fuerit introdu-  
ctum vel speciali pacto, aut bella publica sœuant aut  
incendiarii graffentur, vel si domini habeant iniamicos  
capitales, Carpz. 2. 57. 1. quibus ordinatio provincialis  
Altenburg. p. 2.c.2 tit. 15. § ult. tempus pestis adjicit. Vul-  
gares nun dinas & mercatus Wochen-Märkte in civi-  
tate, qui jurisdictionem die Gerichte inibi habet, insti-  
tuere potest B Dn. Struv. Synt. j. Feud. c. 6. §. 14. n. 5.  
jus detractionis exercet, Ill Dn. B de Lynck dec. 2. 262.  
599. quo jure autem, an vi jurisdictionis, an meri &  
mixti imperii, an vi regalium hoc jus exerceatur disqui-  
rit Iustit. Coccej. d. cens. emigr. ib. 9. ipse inclinat ad ul-  
timam opinionem, quæ secundum antea allatam Lyn-  
ckeri explicationem tolerari potest.

§. 64. Fiscus primario dicitur de ærario summæ  
pote-

potestatis in republica adeoque in statu Monarchico de principis ærario, quod duplex apud Romanos erat, sacra- rum largitionum & rerum priuatarum, vel dominica- rum vel sacri patrimonii, v. Schilt. Ex. 28. §. 28 / qq. Ex. 39. § 24. Secundario autem, & quidem, quatenus res priva- tas principis continet, fiscus dicitur; Et etiam statibus imperii nostri jusfisci cum superioritate competit, tam quoad sacras largitiones quam quoad res dominicas, quæritur autem an etiam Landassis & civitatibus vi jurisdictionis, quæ in patrimonio est, competit, regulare negant, quia dominum territorialem pro superiore recognoscunt, hi ipsi tamen bona vacantia illis tribu- unt, & fundamentum ex concessione vel præscriptione accersunt, Zahn. ichnogr. munic. c. 54. n. 12. quicquid vero sit, in foro Saxonico jusfisci omnibus qui jurisdictionem superiorem habent, competit, Coler. p. 1. dec. 72. n. 5. Georg. Schulz. in Synops. Inst. lib. 2. tit. d. successfisc. lit. C. quod nonnulli quoad nostros mores generaliter sine locorum distinctione affirmant Joh. Koppen dec. 28. n. 21. Mev. ad f. Lubec. p. 2. t. 2. art. 14. n. 64. Verum quamvis jure Sax. jurisdictionem superiorem habentes ex quibusdam causis bona fisco debita acquirant, illis tam nec in foro Saxonico plenum jusfisci adscribere au- demus, per ea quæ tradit Carpz. p. 2. c. 6. d. 24. in f.

S. 65. Hinc præprimis in Saxonia mediati habent vi jurisdictionis superioris jus confiscandi, Ill. Dn. B. de Lyacker d. sup. terr. p. 74. quicquid averetur

Ro-

(33) 20

Rosenth. c. 5. concl. 62. unde fit, quod bona defuncti  
carentis herede, utensilia & res expeditoriae, (addatur  
Richter. d. success. ab intest. sect. 5. n. 9. sqq. & 35. sqq.)  
deferantur ad illos judices, qui merum imperium ha-  
bent, qui, elaplo anno, & sex septimanis, eas in usus  
convertunt suos Landrecht lib. 1. art. 28. v. g. ædifi-  
cando & sarta recta conservando patibula, compedes,  
constituendo inde salario ministris publicis &c. Coler.  
p. 1. dec. 72. n. 6. & licet textus juris Saxonici in fine de  
mobilibus tantum loquatur, tamen usu ad immobi-  
lia bona quoque extenditur. Zobel in add. ad Land-  
Recht lib. 1. art. 28. forte ob text. Land-Recht lib. 3.  
art. 8. qui vult etiam immobilia vacantia ad pagos &  
civitatem ibi sitam pertinere, Coler. c. 1. n. 8. No-  
tandum autem, quod res expeditoriae plebeji deferan-  
tur magistratui, non alicuius militis, has enim domi-  
nus fendi accipit, ubicunque reperiantur, modo feu-  
dum ad dominum revertatur, quando vero defunctus  
habuit varia feuda, quilibet dominus ex illis accipit,  
quaæ in suo feudo offendit, not. ad Land-Recht l. 1. c.  
18. lit. 6. insuper monendum, quod licet textus loqua-  
tur de bonis vacantibus, quod illa post annum capi  
possint, tamen per interpretationem receptum esse,  
quod Gerada vel res expeditoriae, quamvis non va-  
cantes sint, si infra annum non petantur, amplius  
peti nequeant, per Land-Recht lib. 2. art. 44. Quod

E

si vero

ad (34) 20

si vero res mobiles securitatis vel ex alia causa ad tempus aliquo in loco depositæ escent, illæ non illius loci domino & ejus fisco, sed potius fisco debentur illius, in cuius finibus reus domicilium habuit, utpote ad quod res illæ mobiles omnes referuntur, & ibi existere videntur arg. l. 35. §. 3. d. hered. instit. l. 44. d. leg. 3. vid. Carpz. p. 3. c. 23. d. 13. quam ipsam rationem tamen vicit quorundam locorum usus, teste Matth. d. crim. ad l. 48. t. 20. c. 4. n. 18. ita ut mobilia occupet ille, in cuius territorio reperta sunt, etiamsi alibi condemnatus domicilium habuerit.

§. 66. Sed hic nova exsurgit quæstio, cui debeat gerada, si cognata in eo loco, ubi gerada in usu non est, geradam ex provinciis, ubi frequentatur, percipere non possit ob retorsionem, an cognatæ remotiori in illis locis, ubi gerada datur, an heredibus accrescat, an vero magistratui cedat? & distingendum, aut illa cognata non simul est heres, & neque heredibus, neque magistratui, sed cognatæ remotiori conceditur? aut simul est heres, & gerada cum alia hereditate commiscetur & confunditur, ita, ut cognata integrum geradam si sola est, si vero cohæredes habeat, portionem virilem geradæ una cum hereditate accipere non prohibeatur, quia etiam illa, quæ in loco, ubi gerada obtinet, in alio loco, ubi non obtinet, succedens totam hereditatem consequitur, neque portio quæ-

*2 (35) 20*  
quædam ad magistratum devolutum Berlich p. 3. concl.  
51. n. 18. 19. licet ipsi n. 20. magis placeat, quod non  
commisceatur gerada cum hereditate, sed ad cognata-  
tam in gradu consequentem transeat.

§. 67. Ad fiscum porro pertinent pecunarum  
compendia, Carpz. qu. crim. 109. n. 41. sgg. & quidem,  
etsi delictum vivo antecessore commissum fuerit, ad  
succesorem, si ferenda adhuc restat sententia, quia sunt  
quasi fructus pendentes, licet magna sit Dd. certatio  
de his in feudis, ubi alii distinguunt, an poena ipso ju-  
re commissa sit, an ex sententia debeat, vide Rosenth.  
*d. feud. c. 10. concl. 42. n. 64.* ita ut priori casu, poena  
pertineat ad heredem allodialem defuncti, hoc casu ad  
dominum vel agnatos; alii censent utробique tem-  
pus delicti inspiciendum, Berl. p. 3. concl. 44. n. 14. a-  
lii distinguunt inter poenas ordinarias, item an in cau-  
sa jam conclusum, alii pro fundamento habent *l. 7. §.*  
*divortio, sol. matrim. alii 2. F. 28. §, bis consequenter*  
vid. Rosenthal. c. 1. n. 59..

§. 68. Ut vero mulctæ, ita & certa summæ  
portio, ad cuius consecutionem judex officium suum  
impertit, in vernaculo vocantur, Hülffs-Gelder/fisco  
magistratus inferuntur, tanquam fructus jurisdictionis,  
quibus ejusdem onera compensantur quodammodo.  
Hinc patet justa ratione niti consuetudinem  
ex qua magis quam certa lege primitus introductam

(36) 20

hanc pecuniam autumat Carpz. p. 3. dec. 276. n. 3. à  
qua differunt sportulæ die Hülffsgebühren officiali-  
bus, tanquam pars salarii, debitæ.

§. 69. Si quis jus dicenti non obtemperaverit,  
punitur, quam poenam alii actori, Dn. Böhmer, in-  
trod. in jus digest. b. t. §. 2. alii fisco applicant, quia  
est multa, quæ ad fiscum pertinet, L. s. C. d. mod. mult.  
magistratus commodo cedit Ill. Dn. de Lyncker. in  
anal. b. t. & cuique magistratui, tanquam fructum ju-  
risdictionalem adjudicat Ill. Stryck. in V. M. b. t.

§. 70. Intet fructus jurisdictionales refertur  
etiam inventio thesauri artibus magicis procurata, &  
hoc verum, si in proprio loco thesaurus ita repertus,  
si autem in alieno, non totum thesaurum, ut quidam  
volunt, sed eam partem solum, quæ suislet inventoris,  
fisco ad judicandum censet Sixtinus d. regal. l. 2. c. 11.  
n. 34. cum dominus loci ob maleficium alterius suo  
non debeat privari. Rectius vero sentire videtur Bit-  
schius Diff. 2. d. thesaur. tb. 259 qui totum thesaurum  
jure soli domino, excluso fisco attribuit per L. un. C. d.  
thesaur. ubi imperator Leo indefinite & generabiliter  
scribit: *in alienis vero terrulis nemo audeat invitatis,*  
*imo nec volentibus vel ignorantibus dominis opes abdi-*  
*tas suo nomine perscrutari, quod si nobis super hoc ali-*  
*quis crediderit esse supplicandum, aut prater hujus le-*  
*gis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inveni-*  
*rit,*

(37) 20

rit, totum hoc locorum domino reddere compellatur,  
Et velut temerator legis saluberrima puniatur.

§. 71. W ergeldum heredibus occisi ratione  
injuriae ipsis illatae debetur, quæritur ergo, si heredes  
occisi necem vindicare nolint, aut vindictam magi-  
stratui committant, cui debeatur? Moller. ad *Const. Elect. 11. inf. p. 4.* judici, cuius est jurisdiction & ultio,  
adjudicat, quia gerada, res expeditoriæ & alia bona  
vacantia, heredibus non capacibus, aut plane non ex-  
istentibus cedunt magistratui superiori, sed quia hoc ex  
manifesta juris Sax. sanctione fit, quæ in nostra quæstio-  
ne deficit, & heredes necem interfici non vindican-  
tes occisori remittant illatam injuriam, & consequen-  
ter etiam poenam W ergeldi tanquam eorundem in-  
teresse, hinc opinio hæc non subsistit, aliud est si here-  
des occisi vindictam magistratui commiserint, eique  
jus suum contra occisorem resignaverint, Carpz. *qu. crim. 34. n. 67.*

§. 72. Propter pacta usuraria pars quarta sor-  
tis pro dimidia jurisdictionis domino debitoris, & pro  
dimidia creditoris cedit Polizey Ordnung 1577. tit.  
von wucherlichen Contracten/ ill. Dn. de Lynck. dec.  
393. & quidem hoc emolumentum cedit jurisdictioni  
civilis, Polizey Ordnung c. 1.

§. 73. In terris Electoris & Ducum Sax. invete-  
rata consuetudine inductum dicitur, quod si quis ab

(38)

iis de feudo aliquo cum mero mixtoque imperio in-  
vestitus sit, inque eo fodinæ metallicæ reperiuntur, at-  
que ex ipso metallo æs, stannum, aut plumbeum vin-  
cat aurum argentumue, quod æri, stanno plumbove  
admixtum est, cedit lucrum totale vasallo, quod  
si vero aurum argentumve seu copia seu valore  
superet jam taeta viliora metalla, omnis utilitas prin-  
cipi cedit, Arumæus ad A. B. disc. 5. ad c. 9. §. 5. licet  
enim jure antiquo fodinæ in privatorum usu fuisse ostendatur l. 3. §. ult. l. seq. ff. d. rebus eorum qui sunt sub tut. l. item si fundi 7. §. sed si lapidicinas 2. l. si cuius 13. §.  
inde est quasitum 5. ff. d. usu fruct. certa portione fisco  
ex earum proventu attributa l. 1. 2. C. de metall. & per  
2. Feud. 56. inter regalia relatæ, atque per A. B. cap. 9.  
principibus electoribus concessæ, adeoque relinquatur  
Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 88. n. 7. qui ipsas me-  
talli fadinæ de regalibus esse negat, sed decimam vel  
aliam portionem fisco debitam, tamen ex dicta inve-  
terata consuetudine quoad vasallos jus præfatum indu-  
ctum putant. Sed Carpz. p. 2. c. 53. d. 2. ab hac do-  
ctrina recedit, & n. 10. adiicit, certiorem consuetudi-  
nem esse, quâ ferri fodinæ nobiles aliique privati in  
fundis suis absque decimarum vel alterius canonis o-  
nere & sine expressa harum vestitione excolere possunt,  
de qua testatur Andr. Rauchbar, atque juxta eam in  
consilio aulico pronunciatum refert. p. 1. qu. 22.

n. 9.

n. 9. à quo tamen rursus etiam hac in parte recedit  
Dn. Horn. *Jurispr. feud. c. 9. §. 16.* qui §. 17. tunc de-  
mum vasallis minora metalla relinquit, si de iis inve-  
stiti, adducitque consentientem Dn. Richt. *conf. 283.*  
atque lapidicinas (sc. viliores, ubi pretiosiores non ef-  
fodiuntur, Heig. p. 1. q. 13. n. 37.) & fodinas calcis, i-  
tem carbones fossiles **Stein-Kohlen** tantum largitur,  
quia metallorum jure non censemur.

§. 74. Potest etiam imperium merum habens  
poenam corporis afflictivam mutare in pecuniariam,  
Ill. D. de Lynck. *dec. 225.* nisi diversum lege provin-  
ciali (quamvis Ziegl. *de jur. maj. l. 1. c. 8. §. 12 seqq.*  
sine consensu principis hanc mutationem non conce-  
dat, nisi forte lege publica alicubi ea concessa sit) in-  
troducedum, requiritur autem causa probabilis, mulcta  
grauior, eine ziemliche Geld-Busse / conversio in  
pios usus, & ut delinquens terminos jurisdictionis ex-  
cedat, ne praesentia pariat scandalum. Ziegl. *c. l. §. 151.*  
quin & relegationis poenam in pecuniam converti  
posse statuunt, cum enim in ordin. provinc. de anno  
1555. tit. *Das peinliche Sachen/ dadurch das Le-  
ben verwircket/ ohne unsere Bevilligung nicht  
Bürglich gemacht werden sollen/ dicatur, hinc ar-  
gumentum à contrario sensu desumunt. Quo scilicet  
judex superior ex fructibus ejusmodi perceptis ala-  
crior reddatur ad puniendos reos, quos coerceri rei-  
publ.*

(40) 20

publicæ multum interest, Carpz. qu. crim. 109. n. 44.  
Ceterum hodie post resol. grav. de anno 1661. §. 59.  
non amplius opus est argumento illo, adhuc tamen  
ob verba: Staupenschlag und ewige Landes-Ver-  
weisung/ quæ quidam copulative intelligenda puta-  
runt, dubitatum meminit Horn. in Jurispr. feud. c.  
8. §. 41. Conversio vero poenæ etiam post præstitam  
urphedam fieri potest, licet enim videatur principi per  
juramenti præstationem jus quæsitum, quod inscio il-  
lo non remittendum, quia tamen juramentum potissi-  
mum consideratur inter jurantem & acceptantem, & si  
inter hos convenit, acceptans ab alio prohiberi non  
potest, quo minus de jure suo aliquid remittat, sicut  
& jus civitatis resignari potest soli senatui, cum tamen  
homagium præstetur simul principi, hinc pro remisso-  
ne judicatum refert Schilt. E. 49. §. 181.

§. 75. Multa pecuniaria, in quam conversa est  
poena corporalis, non principi, sed judici merum im-  
perium habenti, attribuenda, nam traditum est ab in-  
terpretibus, quo casu pro crimine capitali poena pe-  
cuniaria à superiore magistratu imponitur eam non  
imponenti superiori, sed inferiori ad cuius ordinariam  
cognitionem crimen, si non remissum fuisse, pertine-  
bat, applicandam esse; Heig. p. 2. qu. 22. n. 63. idque  
ex hac ratione, quod in dubio, indulgentia principis  
super crimine non trahitur ad poenam parti læsæ ap-  
pli-

plicandam, neque ad utilitates inferioribus magistris debitas, ut ita absque injuria & præjudicio tertii, remissio poenæ procedat, & quod poenæ & mulctæ regulariter pertineant ad eum, cuius de criminis jurisdictio est. Klock. 1. conf. 11. n. 106. Menoch. A. I. Q. 74. n. 9. & 12. velut jure Saxon. omnes poenæ, quæ 10. thaleros excedunt, ad Ober-Gerichte referuntur, Carpz. qu. 109. n. 63. & in proc. inquis. T. 1. art. 1. n. 2. 3. Ill. Dn. B. de Lynck. conf. 94. n. 46. cumque status imperii & principes habeant potestatem jure superioritatis territorialis sententiam jam pastos restituere eamque exerceant, Schilt. Ex. 10. §. 33. hinc queritur, si restitutio ita fiat, ut restitutus mulctam solvat, utrum aggratiati, an judicii inferiori, qui processum peregit, illa cedat? & quamvis, ad quem onus inquirendi & exequendi competit, ei etiam commodum accedere videatur, magis tamen Schiltero Ex. 49. §. 182. videtur prævalere is, qui jus aggratiandi habet, ut & hujus juris commodum sentiat. Adjicit vero satius esse, piis causis id omne relinquere, aut cum inferiore magistratu dividere. Tandem & poena pecuniaria aut alia civilis mitigari atque remitti potest. Carpz. qu. crim. 150. n. 85.

§. 76. Concurrunt sèpius judices in emulumentis ubi superior jurisdictio est divisa ab inferiori, v. g. si ensis in rixa evaginatus, ubi Coler. p. 1. dec. 163. n. 11. distinguit, utrum quis strinxerit & evaginaverit

tantum ensim, neque percusserit, vel si percusserit, non nisi per transversos gladii ictus cutem alterius sanguine suffuderit, & tunc debetur judici inferiori dem Erb-Gerichte/ an vero vulneraverit, & gladius debetur judici superiori, hoc casu autem solum ensis debetur, non vagina, quæ crebrius multo argento exornata reperitur, prout monet Coler. d. proc. exec. p. 2. c. 1. n. 152. Si quis alienum ensim vel aliud instrumentum ferreum aut simile, puta hospitis vel vicini in tumultu arripuerit, judici non cedit, quia statutum juris Sax. loquitur de stringente proprium ensim, Landr. l. 1. art. 62. §. Ver SEN Schwert zückt / Quod si quis cum alterius cantharo alium petat vel vulneret, cantharus non committitur judici, gloss. ad art. 62. lit. c. per L. Sancimus C. d. pœn.

§. 77. Hæc poena quoque recepta est, ut rustici inobedientes, & in malitia ac in obedientia perseverantes cogantur vendere sua bona ac migrare ex pago & districtu certæ jurisdictionis, quia autem hæc poena species quædam relegationis est, quæ ad altam jurisdictionem spectat, hinc non inferior sed superior judex eam imponere potest, Carpz qu. crim. 109. n. 59. neque tamen locum habet, nisi alia remedia leniora non sufficerint, Ill. Dn. B. de Lynck. dec. 575. § 322.

§. 78. Sic & in potestate & exercitio actuum jurisdictionis reliquo sapienter lites oriuntur, quæ ex lege scripta

scripta vix omnes decidi possunt, provinciarum etiam  
statuta variant, hinc studio omittimus ubiorem hu-  
jus rei excussionem, hoc solum addimus, quod jus  
salvi conductus, executio meri imperii manu militari,  
cognitio de falsa moneta, si non est imperatoris vel  
domini territorialis, vid. *Öesterreichis. Land-Ger.*  
*Ordnung p. 2. art. 27.* denegatio honestæ sepulturæ,  
damnati restitutio ex capite innocentiae (ad quam olim  
principis decretum requirebatur, *l. 1. §. ult. d. quest.*  
& forte nec hodie inutile) citatio, & prehensio delin-  
quentium, cognitio de criminalibus in via publica quo-  
ad Electoratum Saxonum, (non simpliciter tamen  
sed reservantur jurisdictioni territoriali vis publica, spo-  
lium, & hostilitates, Schilt. *ad Struv. S. J. T. cap. 6.*  
*§. 23.*) & alia ad Dominum jurisdictionis superioris per-  
tineant, inferior autem index delinquentes, ne aufugi-  
ant, & superiori ut sistat prehendere, perscrutationem  
domesticam decernere, *Berlich. p. 2. dec. 129.* atque pœ-  
nam inferre possit his qui eam non admiserint juxta  
*l. 1. §. 2. b.*

§. 79. Licet autem consuetudo, quæ rem fur-  
tivam magistratui addicit, irrationalis credatur, *Ord.*  
*crim. art. 207. & 218.* nec magistratus ob expensas in  
inquisitionem & executionem ex officio factas, eam  
retinere possit, Richter. *p. 2. dec. 96. n. 177.* jure tamen  
Saxonico, si dominus res sibi ablatas per annum &

diem non repeatat, fisco cedunt. Cöppen. l. 2. O. 69. n. 6.

§. 80. Solent etiam nobiles à subditis aliquid exigere ad elocationem filiarum illi. Dn. Stryck. d. juridict. c. 4. n. 35. seqq. & quidem domini jurisdictionis civilis v. g. pro emenda terra, Rosenth. d. feud. c. 6. concil. 85. n. 20. sic & certam avenæ quantitatem subditi præstant, de qua queritur, si nobilis præmium cum omnibus emolumentis locet, & quædam specialiter excipiat, postea nuptiæ in tempus locationis incident, an avena debeatur locatori, an conductori? Dn. Titius ad Lauterb. Obs. 590. refert collegium aliquod juridicum pro conductori ad privatam ejus consultationem pronunciasse, cum omne illud debeatur quod specialiter non sit exceptum, ipse autem pro locatore pronunciat, quia est res locari non solita, & hinc sua natura excepta. Sane ita est, cum talis præstatio magis referat imaginem usus, quam ususfructus.

§. 81. Multis in locis jus cauponarum exercitium concedendi, illis, qui ibidem jurisdictionem & mixtum imperium habent, competit, hinc etiam jurisdictionem probare tradit Besold. in thes. præf. voce Gast / ubi & dicit: stehet auch selbige (tabernas) zu verleihen gemeinlich dem Vogts Herren zu / fürnehmlich weil etwas davon gefällt/ als Umgeld und Vergleichchen / alii hoc jus referunt ad superioritatem territorialem, Knipkchild. d. jur. civ. imper. l. 2.

c. 5.

c. 5. n. 162. alii ad simplicem jurisdictionem, plurimi ad mixtum imperium, simulque testantur, hoc usū, potissimum in Svevia, receptum esse, vid. Knipschild.  
 c. 1. n. 163. Steph. d. jurisdict. l. 1. c. 12. n. 25, ubi etiam chorearum concessiones secundum sententias Cameraleas mixto imperio adscribit; quia vero cauponandi facultatem concedens nec in causis civilibus litigantibus jus dicit, nec in iisdem causis judicata & statuta exequitur, hinc proprie ad generalem civitatis vel universitatis administrationem & curam, quæ magistratui incumbit, pertinet, unde forte Besoldus antea dicto loco hoc jus simpliciter dem Vogts Herren adscribit. Quicquid sit, cum publice intersit, ut cauponæ non nisi publica autoritate erigantur & instituantur Klock.

d. arario L. 2. c. 59. n. 1. segg. ut nimis tum peregrinantes & viatores habeant, ubi commode, secure & opportune diversari, pernoctare & victum sumere possint, inde hodie multis in locis absque superioris consensu & permisso cauponam habere & exercere nemini licet.

§. 82. Licet autem Boëtius in tract. de custod. clav. n. 45. dicat, quod, sicut rex Franciæ in finibus sui regni castra potest facere ad emulationem regis Angliæ, & è converso, ita & barones & milites habentes jurisdictionem omnimodam possint sua loco propria autoritate in castellare, imo licet & hodie adhuc com-

pareant nobilium castella ad veterem muniendi modum extructa, vix tamen absque superioris consensu de novo & ad hodiernum muniendi modum nobilibus sua loca incastellare hodie licebit.

§. 83. In Alsatia jure Magistratus competit retraetus territorialis ex consuetudine Schilt. *ad Struv. jus feud. p. 156. Besold. conf. 47. per tot.* Cum consensu domini jurisdictionis & pastoris eligitur custos vel iudimoderator, Schilt. *Infr. jur. Can. l. 1. t. 16. §. ult.* si vero inter dominum forte & pastorem non convernit, consistorium elit & transmittit personam ad probam faciendam, Carpz. *L. 1. def. eccl. 77. 78. 81. 82.* Solus dominus jurisdictionis constituit Sculterum, Heimburgum, & subditis neque jus electionis neque præsentationis competit, vti late probat Carpz. *l. 1. R. 99.* Sic & in electoratu ei permittitur ex constitutione Joh. Georgi, *de anno 1638.* sententias in causis criminalibus undeunque pro lubitu petere, nec ad scabinatum juridicum Lipsensem adstringuntur, in verbis: Was aber in andern Gerichtbarkeiten unserer Unterthanen/ so mit Ober-Gerichten belieben/ oder dieselben sonst beständig herbracht/ betrifft/ wie wir dieselben/ als auch andere auswärtige Gerichts-Herrn/ wo sie sich in ihren peinlichen Sachen Rechtes belernen lassen wollen/ kein Ziel oder Masse zugeben bedacht; Also lassen wir auch den selben

(47)

selben anheim gesellet / wo und welcher Orte sie sich  
solcher Information und Rechtes-Belehrung erhö-  
len wollen.

§. 84. Sicuti vero populus munitus omnimo-  
da jurisdictione cum mero & mixto imperio, statuta  
etiam sine principis confirmatione (licet contraria sen-  
tentia tutior sit per fundamenta, quæ large exhibit  
Baldus in *l. omnes populi* 9. ff. *d. just. & jur.* n. 4. 5.  
*fqq.*) condere potest, Coler. *prot. exec. p. 1. c. 3. n. 12.*  
sive istæ leges sint conceptæ super commodiore admi-  
nistratione rerum istius loci, *l. per iniquum, fin. C. d.*  
*jurid. omn. jud.* sive etiam decisiones litium concer-  
nant, Coler. *c. l. n. 13.* ita queritur an domini ju-  
risdictionis statuto subditos ad sua molendina coar-  
ctare possint? id quod negamus, eo enim ipso quo ad  
statura introducenda requiritur voluntas subditorum,  
& propositiones publicæ congregato populo solenni-  
ter in curiam vel alium locum publicum per sonum  
tubæ, campanæ, vel voce proconis, fieri debent, &  
scultetus, ut legitur in jure Saxonico, non aliter, nisi  
cum consensu majoris partis paganorum ordinatio-  
nen condit, Coler. *c l. n. 8. fqq.*, appetat quod sub-  
diti inviti ad molendinum non possint cogi. Cum  
que utilitas & necessitas communis sit fundamentum  
novi statuti, sequitur quod unius utilitas non sit atten-  
denda, neque sufficit sola utilitas publica in augendo  
publi-

publico reditu, alias omnes subditi semper possent compelli, Rosenth. *d. feud. c. 5. concl. 26. n. 2.* illum tamen casum excipiunt ubi tanta ærarii & reipublicæ est inopia, ita, quod cum cummuni reipublicæ utilitate & bono conjunctum foret, ut liceret hujusmodi statutum condere, Rosenth. *c. 1. n. 5.* sed hic casus ad dominum jurisdictionis mediatum applicari non potest.

§. 85. Habent quandoque & jus cogendi subditorum liberos ad servitium, sed non nisi sub principium anni exercere possunt, Ill. Dn. de Lynck, *dec. 1104.* jurisdictione etiam ab eis locari potest, & cum prædio locata censemur, Brunnem *cent. 3. dec. 24.* unde & plurimæ civitates jurisdictionem titulo locationis tenent Carpz. *l. 5. resp. 15.* aliquando collectæ ratione jurisdictionis civilis imponuntur Hahn *ad wes. tit. d. Jurisdic. n. 12. verb. collectis.* Vespillonem obbonum publicum domini jurisdictionum constituant, Carpz. *p. 2. c. 4. d. 12.* vexillum tempore nundinarum erigunt, Zahn *ichn. mun. c. 61. n. 5.* idque domini jurisdictionis inferioris, ut & eorum est encæniorum protectione, der Kirchweyh. Schüz/Manz, *dec. Pal. qu. 91.* inspectio molendinorum die Mühlbeschau / *idem qu. 92.* de aliis juribus Landassessorum videri potest Schilt. *l. 1. inst. j. publ. tit. 26. §. 4.* Et Ziegler *ad Calv. praxin.* §. nobiles & §. civitas.

§. 86.

§. 86. Non habent jus venandi, auctupii, illi.  
 Stryck. d. jurisdict. c. 4. n. 12. seqq. neque jurisdictionem im Postwesen illustr. Dn. Wildvogel d. regal. post. jure §. 10. nec pecuniam in casum succumbentia depositum sibi acquirunt, idem d. pecun. succumb. p. 41. nec immediati fiunt, illi. Dn. de Lynck. dec. 90. ex multorum opinione non confirmant die Innungen/ neque subditis inhiberi possunt, quo minus testimonium dicant coram Notario, Rivin. ad Ord. proc. t. 20. enunc. 39. non habent superioritatem, illi. Dn. de Lynck. th. sup. terr. p. 47. 50. nec jus reformandi religionem Breitschwerd in Conf. de jur. ord. Equ. circa relig. n. 9. seqq ad eos non pertinet die Ziegel-Erde/ Carpz. 2. §3. 3. n. 6. nec vestigal Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 18. d. 9. lit. a. nec inferiorem jurisdictionem habentes carceris poenam ultra octiduum, & multam pecuniariam ultra 3. vel 4. sexagenas novas indicere valent Carpz. p. 4. c. 28. d. 4. n. 7. si in eorum rationibus minor pecunia scripta non crimen peculatus sed furtum committitur Schilter. Ex. 49. §. 143. illis receptio typographi non permittenda, Fritsch. d. typogr. c. 2. §. 3. licet Mev. p. 3. dec. 69. dissentiat, neque subditos cogere possunt ad matrimonium, alias apud pontificios incident in poenam excommunicationis, Engel. in coll. jur. Can. l. 4. t. 2. n. 10. jurisdictioni per se non cohæret jus braxandi Tabor. d. jur. cerevis. c. 2. §. 6. nec regulariter cognitio de delictis in via regia, quo minus etiam ju-

G

stitiam

(50)

stitiam administrent, non obtinet laudatio autoris,  
Mev. p. 3. dec. 283.

§. 87. Hanc ita acquisitam & exercitam atque  
exercendam jurisdictionem mediatorum impedire su-  
periori fas non est, Carpz. t. 2. art. 2. n. 39. 40. fit au-  
tem turbatio per adjunctionem commissarii, idem p.  
3. a. 221. n. 8. per literas compulsoriales immediate,  
irrequisito judice inferiore, insinuatas v. g. ad instru-  
menta edenda, idem p. 3. dec. 208. n. 16. seqq. nec o-  
pus est ut semper facto fiat, nam & verba sufficiunt,  
quia turbare nil aliud est, quam jus possessoris obscu-  
rum reddere, Hahn. ad Wes. tit. uti possid. n. 5. voc.  
adversus & defenditur jurisdictione, quoad quasi posses-  
sionem utili interdicto, etiam contra subditos turbantes  
Carpz. p. 2. c. 7. d. 12. actione injuriarum, aliquique  
remediis, ipsum vero jus jurisdictionis vindicatur utili  
confessoria, vid. Lauterb. comp. jur. tit. d. jurisd. p.  
m. 27.

§. 88. Onera multa incumbunt jurisdictioni patri-  
moniali, ut repetitio delinquentis profugi, & alibi de-  
prehensi, sub poena amissionis jurisdictionis crimin-  
alis, Ill. Dn. de Lynck. ad Struv. tit. d. custod. & exb.  
reor. sumtus in custodiendos delinquentes, nam sub-  
diti habent actionem negatoriam Magnif. Dn. Bejer.  
tr. von Henckel-Geld cap. 10. n. 427. nisi aliud consuetu-  
dine introductum Carpz. lib. 1. Rep. 50. n. 4. uti &  
alii sumtus in inquisitionem impendendi, quos ta-  
men

men in certis casibus, & ubi hoc consuetudine indu-  
ctum subditi restituunt Knich. *d. vest. pact. p. 2. c. 1.*  
*n. 147. sqq.* alimentatio infantis expositi, *idem c. l. n.*  
*132. sqq.* & Ill. Stryck. *d. jurisd. n. 29.* notat, quod in-  
tra sepe ex positus, sit alendus ab eo qui jurisdictionem  
circumseptam habet, & extra illam positus,  
ab eo, qui universalem jurisdictionem habet, alenti  
autem est spes successionis ab intestato sed fallax  
Knich. *c. l.* sic & minitantem inopem in carcere ale-  
re debet magistratus Hahn. *ad w. tit. d. concuss. in*  
*f.* nam poena minitantium regulariter est cautio de  
non offendendo, pignoribus vel fide jussoribus facta,  
quam qui praestare nequit, usque dum praestet, in car-  
cere est detinendus, *Ord. crim. art. 166.* Cumque  
sententia sit nulla in judicio, ubi actuarius non est  
legitime constitutus, hinc litigantes restitutionem ex-  
pensarum juste petunt a domino jurisdictionis, Schilt.  
*Exerc. 47. in append. §. 18.* ubi & præjudicia allegat.  
Refectio cloacæ ex publico per locum privatum  
transfuntis pertinet ad merum magistratus officium,  
*idem E. 47. §. 68.*

§. 89. Tollitur jurisdictione præscriptione, ni-  
mia crudilitate, aliisque modis vid. Stephan. *d. ju-*  
*risd. lib. 1. cap. 39. per tot.*

§. 90. Analogia jurisdictione competit collegiis  
opificum, & mercatorum, in causis quæ ad artem & pro-  
fessionem eorum pertinent *l. fin. C. d. jurisd. l. 2. inf. C.*  
*G 2 d. const.*

(52) 26

*d. const. pec. Schurff. cons. 79. n. 1. cent. 2.* cuius vi no-  
tio & prolocutio de litibus ad se delatis senioribus  
competit, de qua tamen notandum, quod collegio  
& praefectis ejus non privative sed cumulative compe-  
tit, hinc in arbitrio est actoris, an coram senioribus,  
an ordinario civitatis judice opifices convenire velit  
*Mev. lib. 4. jur. Lub. t. 13. art. 3. n. 25. sgg.* solent  
vero opifices quandoque sua potestate abuti, ut do-  
cet sequens insertus casus:

Es ist ein gewisser Schuster / - = der soll zum Al-  
termann erkoren werden/worauf er sich auch  
geschickt macht / und ein zierliches Halstuch  
umbindet. Als er nun aber bey offener Lade  
erscheinet und seinen bestimmten Ort einnehmen  
will/ so schlagen Ihm die Aeltermanns Com-  
panen die Lade zu / und fragen ihn : Ob Er  
nicht wisse/ daß man alten und läblichen Ge-  
brauch nach Zucht und Erbarkeit halber bey  
offener Lade nicht mit den Halstuche / sondern  
mit dem Koller / erscheinen müste? So lange  
er also solches nicht thäte/ könnte er auch die  
Würde der Aeltermanschafft nicht haben. Der  
N. bittet / man möchte ihn doch nicht despici-  
ren; massen er nicht absche / was das Koller  
vor eine grössere und sonderbare Erbarkeit vor  
dem Halstuch hätte. Sie gehen aber wieder  
von einander und klagen bey ihren Patronen  
SOT DEO GLORI

(53)

dem einen Rathsherrnen/ darüber/ welcher den  
Schuster / weil er sich ihrer Gewohnheit nicht  
submittiren will / auff 10. Thlr. strafft. Der  
Schuster appellirt an den ganzen Rath / weil  
aber in dem Rath einige sind welche Koller / ei-  
nige aber welche Halstücher tragen / als wurd-  
e die Sache pro & contra disputirt / welche die  
erbarsten wären? Endlich aber behielten doch  
die Koller das Präz., und wurde gesprochen N.  
solte sich accommodiren und bey offner Lade ein  
Koller anlegen / anders könnte er Er zu dieser  
Dignität nicht gelangen / N. erlegt seine Schal  
oder appellations-Gelder und geht an die hohe  
Regierung; diese spricht ihm das Halstuch zu/  
jedoch nur ein schlechtes ohne Spitzen / damit  
der alten Erbarkeit nicht zu viel abgehe. Der  
Inhalt des Spruchs ist ohngefähr dieser: Weil  
aus denen Actis erhellet daß bey dergleichen So-  
lennitäten des Kollers Gesundheit getrunken  
werde / dabei denn ein grosser Missbrauch vor-  
gehet / daß sie sich wie die Schweine besaußen/  
worüber sich Appellant ein Gewissen macht/ als  
soll Er &c.

hinc ad has & alias lites decidendas & præcavandas, de  
quibus Mevius c. l. n. 87. recurritur non tantum ad or-  
dinarium magistratum, sed & confirmatio statutorum  
censetur utilissima; Plura addenda restant, sed  
memores instituti vela contrahimus.

SOLI DEO GLORIA!

(54)

Nobilissimo atque Doctissimo

DOMINO

RESPONDENTI

S. P. D.

## PRÆSES

**Q**uod Ovidius ad Perbillam scribebat:  
Sape tui iudex, sape magister eram,  
idem & mea ad te perferunt literæ: nam ex voto optimi  
tui nunc beati Parentis selegisti meas ad universi juris  
partes commentationes, summa ope & alacri studio eas  
acepisti, textus ipsis & fontes juris indagasti sedulus,  
& Te sic eruditum ostendisti, ut tandem in publicis dispu-  
tationibus ad Lauterbachianum compendium, me judice,  
institutis, eruditissimos opposentes ad certamina provo-  
care palmamq; eripere, ipseque opponendo aliis negotium  
faceisse sepius sustinueris, sed hoc non sufficerunt tibi,  
etiam proprio marte elaboratas theses publice defendere,  
& ita demum mihi valedicere amasti. Annuo itaque &  
animitus gratulor tibi de exantlatis laboribus & de egre-  
gio eruditioris specimine, sospit Te Deus T.O.M. & in  
solatium dulcisima matris ac splendorē famigeratissime  
Happiano-Kromeyerianaæ familia conservet incolumem  
quam diutissime. Dabam ex musæo Jenæ d. 28. Jun. 1710.

**D**er Wahrheit edles Gold liegt oft in tieffen Gründen/  
Und weist die muntre Hand in tieffen Arbeits-Schacht/  
Wir wollen einen Schatz aus unsern Kräfften finden/  
Der mit dem reinen Glanz vergnügte Sinnen macht.

Denn

(55)

Denn unsre Weisheit ist ein Thal voll Dunkelheiten/  
Ein Erzt / das vor das Gold meist Schacken-Werck verspricht/  
Wir müssen immerfort mit Last und Mühe freitzen/  
Und sehn vor Sonne kaum ein Irr und Monden-Licht.  
Will aber jemand recht der Weisheit Schäze suchen/  
Und sich Gelehrsamkeit zur Liebsten aussersehn/  
Der muß der Faulheit Zug aus wahrem Ernst verfluchen/  
Auch mit bewehrtem Rath bey seinen Lehrern stehn.  
Du wilst Hochwerther Dich / um dieses Gold bemühen/  
Du suchst durch Wort und Streit der Wahrheit guldnes Wort/  
Dein kunst bewehrter Geist darß keinen Gegner siehen/  
Die kluge Wissenschaft weist alle Pfeile fort/  
Mich muß als wahrer Freund dein Weisheits Gold ergehen/  
Das Dich in unsern Hayn vor andern kentlich macht/  
Du kanst mit guten Recht dich hochglücklich schätzen/  
Weil Du die wissenschaft zum schönen Zweck gebracht:  
Dieses seget glückwünschend des Herrn Respond. er-  
gebenster Diener und Freund.

J. A. CONSBRUCH, Angria-westphal. Oppon.

Die Welt muß immerfort im Streit und Kriegen seyn/  
Soldaten wehren sich mit ihrer Hand und Degen/  
Hier ist der starke Leib dem schwachen überlegen;  
Auch der Gelehrten Rath mengt sich in streiten ein/  
Nich deucht / daß dieser Geist / der außs Catheder gehet/  
Gleich als ein anderer Held bey klugen Feinden steht;  
Die Pfeile greiffen zwar nicht unser Leben an/  
Doch kämpfet man alhier mit klugen Weisheits Sägen/  
Die wohl als schärfser Feind den Nahmens Ruhm verlegen/  
Wer nun mit kluger Kunst die List bezwingen kan/  
Der trage das Lobes-Rets mit ausgereckten Händen/  
Und kan sich freuden: voll zu höhern Dingen wenden.  
Du bist Hochwerther Freund / in dieser Kunst gelehrt/  
Die Gegner können dir den Sieg nicht abgewinnen/  
Und müssen nur mit Ernst auf einen Lobspruch sinnen/  
Der vor den lichtem Geist und deinem Ruhm gehört/  
Ich selbsten muß nach Pflicht zu solchen Dienst erwachen/  
Und zu dem schönen Sieg den frohen Glückwunsch machen.

Dieses seget glückwünschend des Herrn Respond.  
Ergebenster Diener und Freund

F. A. PÜTTER, Iserlohnio Marcanus, Oppon.

Im

M alten Rom stund bey dem Tugend Tempel /  
**G** Der Ehren - Bau ; und war zu dessen Thür  
 Ein enger Weg / dies stellet im Tempel  
 Den rechten Steig zur süßen Ehren für.  
 Der im Triumph den dorbeer konte tragen /  
 War der / vor dem kein Feind zu stehen wiss /  
 So kan nur der Gelehrsamkeit erzagen.  
 Bey dem mit Wiz sich paart Bestand und Fleiß.  
**M**ein Vertheister ! von deinem Fleiß und Gaben  
 Kan ich nebst andern mehr nur Zeuge seyn.  
 Und die dich nicht bishher gehörhet haben ;  
 Die stimmen bald mit mir hier überrein  
 Wenn dieses Werk statt einer guten Proben  
 Von Wiz und Fleiß vor ihren Augen steht,  
 Jetzt wird dich bald der Ehren Tempel loben.  
 Beglückt ; Wer so zum Ehren Hause geht.

Seine Schuldigkeit zu observirt  
 lasse diese Zeilen

C. C. BRAVNS, Opponens.

**G**Öß muß der Deinen Ruhm nicht nur den Tempel zieren,  
 Besondern Themis gräßt ihn auch in Gold und Stein.  
 Du sollst Hochwerther Freund / der rechte Griffel seyn/  
 Der ihre Lehren soll mit höchsten Preissfahren.  
 Sie kan nunmehr nicht / so Glanz als Ruhm verlieren /  
 Und Kriege von deinem Witz vielmehr verneuenten Schein/  
 Du reichst ihr wiederum den Stab und zeppet ein /  
 Und läßest ihr die Kraft von ihrer Herrschaft spären /  
 Du weisest ihr wie weit / sich ihre Herrschaft streckt /  
 Und wo dem Richter wird sein wahres Ziel gesteckt.  
 Wie aber hören Dich mit rausend Freuden an /  
 Und wünschen Dich sein bald zum Richter Chor zu zehlen.  
 Und daß Dein schärfes Aug / so dann der rechten Bahn /  
 Der Tugend Mittel-Punctis memahlen mag verfehlen.

Hiermit wolte den Herrn Autor, und Respon-  
 dent dieser Disputation gehorsamst  
 gratuliren

G. W. TITIUS.

*Errata B. L. ita corriget.*

Pag. 1. legatur: publicæ eruditorum &c.

pag. 4. lin. 3. legatur: Gail. 2. O. 62. n. 7. 9. sqq.  
§. 4. lin. 5. leg. cons. 10. n. 73<sup>2</sup>.

pag. 9. linea ult. leg. eum.

pag. 10. lin. 3. lege: cum forsi.

pag. 11. §. 23. lin. 3. leg. §. 61.  
lin. ult. leg. §. 61.

p. 12. §. 25. lin. ult. leg. dubitamus.

p. 14. §. 32. lin. 3. leg. c. 14. §. 24.

p. 18. lin. 7. leg. alluvionis.

§. 36. lin. 11. leg. incrementum.  
lin. 9. leg. hereditariis.

p. 22. §. 45. lin. 5. leg. de privilegiis.

p. 29. lin. 3. leg. erectionem.

lin. 22. leg. volente.

p. 30. §. 62. lin. 8. leg. habenti.

p. 31. lin. 2. leg. c. 4. n. 99.

§. 63. lin. 6. leg. illi.

p. 34. 66. lin. 9. pro? pone;

p. 39. §. 74. lin. 11. leg. pecuniariam.

p. 47. §. 84. lin. 14. leg. publicè.

p. 50. §. 87. lin. 5. leg. d. 221.

reliqua ipse B. L. emendabit.



**ULB Halle**  
003 330 850

3



*96.*





DISSE<sup>4.</sup>  
TATIO JURIDICA  
DE  
**DOMINIO JU-<sup>9</sup>**  
**RISDICTIONIS**  
**MEDIATORUM**  
**Von der Gerichts Herrschaft/**  
1710, 8  
QVAM  
SUB REGIMINE ACADEMICO  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**WILHELMI HENRICI**  
DUCIS SAXONÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,  
ANGARÆ WESTPHALIÆQUE ET RELIQUA  
PRINCIPATUS ISNACENSIS & PROVINCiarum AD ILLUM PERTINENTIUM  
HEREDIS  
CONSENSU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI  
PRAE S I D E  
**JOH. WILHELM. DIETMARO**  
JURIS UTRIUSQUE DOCTORE  
DOMINO PATRONO SUO ATQVE PRAECEPTORE  
OMNI CULTU PROSE<sup>Q</sup>ENDO  
PUBLICO ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT  
d. Jun. 1710. horis locoque consuetis  
AUTOR ET RESPONDENS  
**JOH. FRIEDR. KROMEYER, JEN.**  
JENÆ, LITTERIS CHRISTOPHORI KREBSII.